

LIBER TRIVM VER-
BORVM KALLID
autissimi.

DE QVALITATE LAPIDIS
Philosophici. CAP. I.

DAPIS iste de quo fit hoc opus, habet in se omnes colores. Est enim albus, rubeus, rubicundissimus: citrinus citrinissimus, coelestinus, viridis, grauis. In lapide isto sunt quatuor elementa. Est enim aquatus, aëreus, igneus, & terreus. In lapide isto in occulto est caliditas & siccitas, & in manifesto frigiditas & humiditas: oportet ergo nos occultare manifestum, & id quod est occultum, facere manifestum: illud autē quod est in occulto, scilicet caliditas & siccitas, est oleum, & istud oleum est siccum: illa siccitas tingit & non aliud, quia alkale & nō aliud tingit. Illud quod est in manifesto frigidum & humidum, est fumus aquosus corruptus: oportet ergo ut illa humiditas & frigiditas sit comparsa caliditati & siccitati, ita ut non fugiat ab igne: quia inter illā frigiditatem & humiditatem est vna particula calida & sicca: oportet ergo quod frigidū & humidum recipiant caliditatem & siccitatem quod erat in occulto, & fiant vna substantia. Illa autem frigiditas & humiditas est fumus corruptens & aquosus, de quo disicitur, quod humiditas aquosa & adustua corruptit corpus & tingit in nigredinem. Ista ergo infirmitates oportet destruere in igne & per gradus ignis.

De lapidis ipsius proprietate.

CAP. II.

Hic est liber Trium verborum, liber lapidis preciosissimi, qui est corpus aërum, & volatile, frigidum & humidum, aquosum & adustuum, & in eo est caliditas, siccitas, frigiditas & humiditas: alia virtus est in occulto, & alia in manifesto. Quod ut illud quod est in occulto fiat mani-